Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Feria iiii

et intende iudicio meo deus meus et dns in causam meam ℣ effunde
framea et conclude adversus eos qui me persequuntur. off. Eripe
me de inimicis meis dne ad te confugi doce me facere voluntatem
tuam quia ds meus es tu. co. Erubescant et revereantur
simul qui gratulant malis meis induant pudore et reverentia
qui maligna loquuntur adversum me. Fia. uf. introitus.
Nos autem gl'ari oportet in cruce dni nri ihu xpi in quo est
salus nostra et resurrectio nostra per quem salvati et liberati sumus. ps.
Deus misereatur nri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos
et misereatur nri. Gr. Ego autem dum mi molesti essent induebam
me cilicio et humiliabam in ieunio animam meam et oratio mea
in sinu meo convertetur. ℣ Iudica dne nocentes me expugna im
pugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium
michi. off. Custodi me dne de manu peccatoris et ab hominibus
iniquis eripe me dne. co. Adversum me exercebant qui sedebant
in porta et in me psallebant qui bibebant vinum ego vero oratio
meam ad te dne tempus bnplacite ds in multitudine mie tue. Fia. uf.
In nomine domini omne genu flectatur celestium terrestrium et
infernorum quia dominus factus est obediens usque ad mortem
mortem autem crucis ideo dominus ihs xps in gla est dei patris.
ps. Dne exaudi oratio meam et clamor meus ad te veniat. Ne
avertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor velocit
exaudi me. ℣ Salvum me fac deus quo intraverunt aque usque
ad animam meam infixus sum in limo profundi et non est
substancia. Gr. Dne exaudi oratio meam et clamor meus ad
te veniat. ℣ Ne avertas faciem tuam a me in quacumque die tri
bulor inclina ad me aurem tuam. ℣ In quacunque die invocavero
te velocit exaudi me. ℣ Quia defecerunt sicut fumus dies mei et
ossa mea sicut in frigore oxiccata st. ℣ Percussus sum sicut fenum
et aruit cor meum quia oblitus sum manducare panem meum. ℣ Tu
exurgens domine miserebis syon quia venit tempus miserendi eius.
off. Dne exaudi oratione meam et clamor meus ad te pveniat. co. Dolor
meus cum fletu tempavam quia elevavisti me et ego sicut fenum
aruit tu autem dne in eternum permanes tu exurges miserebis syon qa